



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Anthologia Sacra**

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis  
versibus comprehensa

**Billy, Jacques de**

**Parisiis, M.D.LXXV.**

Peccatum animæ mortem esse. 27.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)



elinquere, iuxta Angelicum illū  
 , corruantum, Gloria in excelsis Deo, *Luc. 2.*  
 & in terra pax hominibus bonæ  
 voluntatis. Qui perspectum ha-  
 bere cupit, quemadmodum se  
 gerere debeat, cū laudes in eū  
 ab hominibus conferūtur, legat  
 Augustini epistolam. 64. ad Aure-  
 lium.

Peccatum animæ mor-  
 tem esse.

27.

*Vanam etate foret, quidam quandoque rogatus,  
 Lustra mihi novies quinque peracta, refert.*  
*Id mirante alio (nam rugas ipse videbat,  
 Canosque, & senio debile corpus) ait:*  
*Annos cum numero, quæ carni tempora vixi  
 Prætereo: nam tum mente sepultus eram.*  
*Nunquam ergo in mentē veniat mihi tempora mortis  
 Iungere, cum vite sunt numeranda mihi.*

SCHOLIA.

*Quanam etate*) Hoc responsum *In hist.*  
 senis Barlaam fuit ad Iosaphat, *Barlaam.*  
 quemadmodum author est Da-

e iij



masculenus. Ac meritò sanè  
 le senex sub vitæ nomine tem  
 illud complecti recusabat, in  
 anima à Deo, qui ipsius vita  
 per peccatum separatur. Qu  
 vt Scriptura passim in mortu  
 numero peccatores reponat  
 de etiam Bernardus vitã app  
 dam esse negat, in qua soli m  
 viuitur. Et Gregorius Naz  
 vitam ac mortem definiens,  
 inquit, vita est, nimirum oc  
 ad vitam defixos habere.  
 rursus mors, peccatum: est e  
 animæ mors. Quin inter Au  
 stini epistolas vna extat, in  
 pulcherrima paulini carmina  
 periuntur, quæ quidem hoc d  
 cho concluduntur.

*Viue precor, sed viue Deo: nam viuere*  
*Mortis opus. viua est viuere vita De*  
 Ad O.  
 ros. quest  
 32. Atque Augustinus hanc rē sub  
 lius tractans, quatuor mortis



vera facit, primum animæ, cū per  
peccatum moritur. Alterum cor-  
poris, cum ab anima separatur.  
Tertium animæ solius, post di-  
cessum ex hac vita. Postremum  
animæ & corporis, in iudicio.

Quod quidem genus omnium  
grauissimū est. Etenim, vt idē a-  
lio loco scribit, Maxima & hor-  
renda mors est, separatio vitæ  
Dei in æternitate supplicij. At ve-  
rò Ambrosius tria solū genera  
ponit. Siquidē inter duo prima,  
quæ Augustinus constituit, my-  
sticam mortem collocat, quæ tū  
demum locum habet, cum quis  
peccato moritur, ac Deo viuit,  
iuxta illud Apostoli, Consepulti  
estis cum eo in morte per bap-  
tismum.

*Li. 6. ca.  
vlt. de  
ciuit. Dei*

*Amb. lib.  
de bono  
mort. ca.*

3.

*Rom. 6.*

---

Precatio ad sanctos.

28.

e iiij